

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Antiphonale cisterciense de sanctis - Kl. L. 15

[Neuburg und Lichtenthal], [13. Jahrh.]

Cantica der dritten Nokturn de Sanctis

urn:nbn:de:bsz:31-93690

In natali apolorum et plurimorum martirum cantica.

Nos sancti domini uocabimur. ministri dei nostri. Dicitur uobis fortitudinem gentium comedetis. et in gloria eorum superbiatis. Pro confusione uestra duplici et rubore. laudabunt partem eorum.

Propterea in terra sua duplicia possidebunt. leticia sempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens iudicium. et odio habens rapinam in holocaustum. Et dabo opus eorum in ueritate. et fedus perpetuum feriam eis. Et sciet in gentibus semen eorum. et germen eorum in medio populorum.

Omnis enim qui uiderint eos cognoscent illos. quia isti sunt semen cui benedixit dominus. *Aliud.*

Fulgebunt iusti. et tamquam scintille in harundinetis discurrent. Iudicabunt nationes et dominabunt populis. et regnabit dominus illorum in perpetuum. Qui confidunt in domino intelligunt ueritatem. et fideles in dilectione acquiescent uili.

Quoniam donum et pax. est electis dei. *Aliud.*

Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum. et deducet illos in uia mirabili. Et fuit illis in uelamento diei. et in luce stellarum nocte. Transiit illos mare rubrum. et transiit illos per aquam nimiam.

Inimicos autem illorum dmersit in mare. et ab altitudine in ferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum. et decantauerunt domine nomen sanctum tuum. Et uictorem manuum tuarum laudauerunt pariter. domine deus noster. *Cant de uno*

Batus uir qui in sapientia morabitur. et qui in iusticia martire et meditabitur. et in sensu cogitabit circumspersionem dei. *confessore.*

Cibauit illum dominus pane uite et in intellectus. et aqua

sapientie salutaris potavit illum. **Et** firmabit in illo et non flectet: et continebit illum et non confundet: et exaltabit illum apud proximos suos. **Et** nomine eterno hereditabit illum: dominus deus noster. **Aliud**

Benedictus vir qui confidit in domino: et erit domus fiducia eius. **Et** erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod ad humorem mittit radices suas: et non timebit cum venit estus. **Et** erit folium eius viride: et in tempore siccitatis non erit sollicitum: nec aliquando desinet facere fructum. **Item et Aliud.**

Beatus vir qui inuentus est sine macula: qui post aurum non abuit: nec speravit in pecunie thesauris. **Quis** est hic et laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua. **Qui** probatus est in illo et perfectus inuentus est: et erit illi gloria eterna. **Qui** potuit transgredi et non est transgressus: facere mala et non fecit. **I**deo stabilita sunt bona illius in domino: et elemosinas illi enarrabit omnis ecclesia sanctorum. **In nat. virg. et omnibus festis scē marie. p̄t purif.**

Manuata

Audite me diuini fructus: et quasi rosa super riuos cant. **A**quarum fructificate. **Q**uasi lybanus: odorem iuuitatis habere. **F**lorete flores quasi lilium: date odorem et frondete in gram: et collaudate canticum: et benedicite dominum in operibus suis. **D**ate nomini eius magnificentiam: et confitemini illi in uoce labiorum uestrorum. **I**n canticis labiorum et cytharis: et sic dicentis in confessione opera domini uniuersa bona ualde. **Aliud.** **G**audens gaudebo in domino: et exultabit anima mea

in deo meo. **Q**uia induit me uestimento salutis: et induim
to iusticie circumdedit me. **Q**uasi sponsum decoratum co
rona: et quasi sponsam ornatam monilibus suis. **S**icut
enim terra pferit germen suum: et sicut ortus semen su
um germinat: sic dominus deus germinabit iusti
ciam et laudem coram uniuersis gentibus. **P**ropter sy
on n̄ tacebo: et ppter ierusalem n̄ quiescam: donec egredia
tur ut splendor uultus eius et saluator eius ut lampas ac
cendat. **E**t uidebunt gentes uultum tuum: et cuncti
reges in clypeum tuum. **E**t uocabit tibi nomen nouū:
quod os dñi nominauit. **E**t eris corona gl̄e in manu dñi:
et diadema regni in manu dei tui. *Item Aliud.*

Non uocaberis ultra derelicta: et terra tua n̄ uocabit
amplius desolata. **S**ed uocaberis uoluntas mea in
ea: et terra tua in habitabit. **Q**uia complacuit dño in
te: et terra tua in habitabit. **H**abitabit enim iuuenis
cum uirgine: et habitabunt in te filii tui. **E**t gaudebit
sponsus sup sponsam: et gaudebit sup te deus tuus. **S**u
p muros tuos ierlm constitui custodes: tota die et tota
nocte i ppetuum n̄ tacebunt. **Q**ui reminiscimini domi
ni ne taceatis: et ne detis silentium ei: donec stabiliat
et donec ponat ierusalem laudem in terra. **G**loria patri &.